

hil obſtant, tum quia de veris Beneficiis loquuntur, tum etiam quia in calu noſtro diſpenſatio eſt, de qua dictum.

CAPVT IV.

An Religioſi Indorum Parochi ad examen ab Ordinario faciendum teneantur.

Examiniſ neceſſitas.

26 **D**Vrus eſt hic fermo, ſed neceſſario deorandus abiis, qui vel zelo ſaluſtis Indorum munus Parochiale ſuſcipiunt, vel propria vtilitatis intuitu: cum enim amatur, vt eſt præclara Diui Bernardi ſententia, aut non laboratur, aut labor amatur. Eſt illud ad prædicta conſequens: ſi enim approbandi ab Episcopis, de eorum eſt ſufficiencia ſufficiens etiam neceſſario iudicium efformandum: vnde ſi aliis de illa non conſtet, per examen notitia comparanda. Si inquam aliis non conſtet: conſtare enim poteſt, & ita examiniſ obligatio ceſſabit, non obſtante Decreto Concilij Tridentini ſeſſione 24. Cap. 18. de Reformat. quia ad formam illam non tenentur Regulares in Beneficiis, quæ ipſis conferri conſueuerunt, prout eſt à Congregatione Cardinalium declaratum, ſic referente Gonzalez ad Regulam 3. Cancellariæ. Gloſſa 6. num. 162. & Nicolao Garcia de Beneficijs Parte 9. Cap. 2. num. 197. & ſeq. Pro quo & faciunt quæ circa hoc tradunt Doctores adducti à Dom. Solorzano Lib. 3. Cap. 6. num. 20. & ſeqq. Sicut enim non eſt obligatio totius formulæ obſeruandæ, ita neque alicuius eius partis, circa quam nihil eſt ſpecialiùs declaratum. Et quemadmodum in approbandis Conſeſſarijs examen requiritur; additur tamen Aut alijs idoneus iudicetur, ita & in præſenti intelligendum. Neque obſtat ſchedula Regia Ann. 1634. de qua Dom. Solorzano Cap. 17. num. 14 in qua ſic dicitur: y para ſer Curas los dichos Religioſos, aunque ſean Superiores de las Caſas, o Conuentos, donde moran y habitan, y ſon como Cabeçeras de las dichas Doctrinas, deben, y han de ſer examinados por los Obiſpos y Ordinarios Seculares, y por ſus examinadores en el diſtrito de las dichas Doctrinas. Pnes ninguno puede cuydar de eſta ocupacion Chriſtianamente ſin licencia ſuya. Y en el idioma tambien lo deben ſer, por la perſona, que ſe diſputa para eſta enſeñanza. Sic ibi. Non inquam obſtat, quia totum id debet intelligi ſecundum Canonicas diſpoſitiones: neque enim Reges noſtri Piſſimi & Religioſiſſimi addere in rebus huiusmodi obligationes intendunt, quæ ad Superiorem poteſtatem ſpectant, ſed eorum, quæ diſpoſita ſunt, executionem vrgere. Cum ergo Religioſi ad dictam formam ſeruandam non ſint à Concilio obligati, neque ratione Regij reſcripti exiſtimandum eſt obligationis aliquid accreuiſſe. Vnde neque cum examinandi illi ſunt, neceſſarium eſt vt illud per Examinatores Synodales fiat, ſed vel per Episcopum ipſum, aut per alios ſibi bene viſos. Sicut neque per magiſtrum Indici idiomatici, quia & in hoc eſſe ſufficiens notitia ſine examine poteſt: & vt habenda per illud ſit, alij eſſe Examinatores poſſunt, quibus non minus conſidere Ordinarius queat: immò ſi ipſe Indici idiomatici gnarus ſit,

Niſi de ſufficiencia conſtat.

Rec obſtante Regiam ſchedulã.

Quinam Examinatores ſufficiant.

vt ſunt aliqui, nullus eo meliùs rem iſtam poterit explorare. Et ſimiliter exponendum eſt, quod habetur in alia ſchedula Ann. 1603. Die 14. Nouembris, de qua citatus Auctor Cap. iſto 17. num. 13. vbi tamen de Examinatoribus nihil ſed tantum Sin ſer primero examinado y aprobado por el Pralado de aquella Dioceſi, aſi en quanto à la ſufficiencia, como en la lengua &c. Vt autem ea, quæ ad hoc ſpectant plenius habeantur,

27 Dico primò. Religioſi, qui ſine approbatione Episcopis in adminiſtrationem Parochialem ſe ingerunt, mortaliter peccant. Probatur. Quia in re grauiffima Pontificis & Patroni mandata tranſgrediuntur, & iura Episcopalia violant.

Dico ſecundò. Præſati nequeunt emolumenta Beneficij percipere, & ſi percipiant, ad reſtitutionem tenentur, faciendam Eccleſiæ, iſis exceptis, quæ pro alimentis conſumpta, & poſſunt aſſeſſione eorum labori reſpondere. Dixi aſſeſſione, quia non debet fieri ſimilis computatio cum iſis, quæ legitimo Parocho tribuuntur: illi enim, qui ſine approbatione adminiſtrant, multo minus tribuendum eſt, quia eſt qualiſi vltoneus venditor, cuius merces vileſcunt, ita enim & huius vileſcit labor pro dimidia parte, vt multi circa prædictos affirmant.

28. Dico tertio. Semel examinatus pro vna Parochia, ſi ad aliam tranſeat, debet examinari, ſi in alio Episcopatu, aut alterius linguæ ſit. Sic deciditur in Regia ſchedula citata Ann. 1634. Habet autem eandem limitationem, Niſi alijs idoneus iudicetur, propter dicta. num. 26.

29 Dico quarto. Quando in eodem Episcopatu Religioſus ad Parochiam diuerſæ linguæ tranſit, non debet niſi circa illam examinari. Probatur ex præſata ſchedula, in qua ſic dicitur: Los examinados y aprobados vna vez no han de volver à ſerlo, ni por los propios Arzobispos, y Obiſpos, ni por ſus ſucceſſores. Y eſto ſe ha de entender para el miſmo Arzobispado, o Obiſpado, en que fueren examinados, y en que ſeles vbiere dado, y diere la aprobacion, como à tales Curas ſin limitacion alguna. Mas ſi ſobreueniere cauſa, que lo pida, o por demeritos en la ſufficiencia, o falta del idioma, o por ſuceder, como de Ordinario ſucede, que tranſende mudarſe à paſarſe à otra Doctrina, en que aya, o ſe hable otra lengua, eſt juſto que ſe examinen, y declaro que pueden y deben ſer examinados de nueuo porque ya no ſe halla en ellos aquella ſufficiencia, que merecia la primera aprobacion, y aſi lo podran hacer y mandar los Arzobispos, o Obiſpos para quietud de ſus conciencias. Hæc ibi. Ex quorum tenore colligitur pro eo tantum examen requiri, cuius ſufficiencia primam approbationem non meruit: atqui circa ſolam linguæ ſufficienciam hoc conſtingit, quia circa illam examen non præceſſit: ergo circa alia non eſt illud adhibendum.

30 Dico quinto. Vt demerita propter defectum ſufficiencie, & peritiæ in idiomate Indico, ad nouum examen ſufficiant, non debent plene probari, ſic enim ad examen veniendum non eſt, cum de inſufficiencia conſtet, & ita ſchedula non eſt ſic intelligenda. Tunc ergo adhibendum illud, quando rumor talis eſt, indicia, & quærimonia Indorum, vel aliorum relationes. In re enim tanti momenti prouidere Episcopis ſpirituſali ſaluti ouium ſuarum debent, & id præſtare, quod diues ille, apud quem villicus diſſimatus eſt, dum

Aſſertio 1. Peccatum lethale in inuſione.

Aſſertio 2. De obligatione reſtitutionis emolumentorum.

Aſſertio 3. Pro vna Parochia quando repetenda eſt examina.

Aſſertio 4. Quid in eodem Episcopatu, vbi diuerſa eſt lingua.

Regia ſchedula.

Aſſertio 5. De ſufficiencia inſufficiencia non debent plene probari.

reum accerſens dixit: Redde rationem villicationis tuae Luca. 16. num. 1. & 2. Neque enim iniuria aliqua in hoc interuenit, dum ſine iuridicâ probatione ad examen accerſitur, quia examen non eſt grauamen aliquod irreparabile, & in eo, optimâ ratione reddita, Religioſus cumulum meritorum adauget, & famæ ſuæ diſpendium amolitur. Quia verò hæc, quæ contra Indorum Parochos dici poſſunt, difficilis probationis ſunt vt ad examen deueniatur minus multò neceſſarium eſt, quàm vt ad inquisitionem iuridicam, iuxta ea, quæ in Iure Canonico diſponuntur. Et ſpecialiter in Cap. Qualiter & quando 2. de accusationibus, vbi citatus Euangelij locus adducitur. Iuuat autem, quod in fine citati Capituli habetur, dum ſic concludit Innocentius Tertius iuxta Concilium Lateranenſe: Hunc autem ordinem contra Regulares perſonas non credimus vſquequaque ſeruandum, quæ, cum cauſa requirit, ſaciliùs & liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri. Sic ille. Quod quidem in adminiſtrationibus, de quibus agimus, maxime verum habet, quæ Religioſorum propria non ſunt, & in quibus ingentia damna poteſt adducere ſolitudo. Pro quo eſt Cap. Monachi, de ſtatu Monachorum, in quo ſic dicitur: Nec ſoli inter Seculares homines ſpiritu alium hoſtium conſtitutum expectent, Salomone dicente, Væ ſoli, quia, cum ceciderit, non eſt qui ſubleuet eum. Eccleſ. 4. v. 10. Sic ibi, ex Concilio etiam Lateranenſi, vbi ad Parochialem curam reſpectus habetur; ſic enim ibidem præmiſſum: Nec ſinguli per villas & oppida, per quaſcumque Parochias ponantur Eccleſias, ſed in maiori conuentu, aut cum aliquibus fratribus manent: nec ſoli &c. Pro eodem eſt Cap. Illud 7. quæſt. 1. & Cap. In omnibus, 81. diſt.

Cap. Qualitates & quando, de accusationibus.

Cap. Monachi, de ſtatu Monachorum.

Aſſertio 6. Supplentes non indigere ſpeciali approbatione.

Vacationis tempus non prorogandum.

Concilium Tridentinum quatum concedat.

rum, ita vt commodè prouiſio fieri poſſit: neque ita plurimum, vt præſatus numerus enormiter excedatur. Et ita vltra alios decem dies prorogari non poſſe, ex Bulla Pij V. & duobus Provincialibus Concilijſ refert Zerola Parte 1. verb. Zerola. Parochia 6. 2. Dub. 3. Sed Indijs, propter diſtantiam, plus aliquid indulgendum. In quo quidem Episcopi peccare grauiter poſſunt, dum propter humanos reſpectus huiusmodi differunt prouiſiones.

CAPVT V.

An Prælati Religioſi pro Parochijs Indorum debeant proponere digniores.

32 **A**ſſertiuam ſententiam abſolute tenet Dom. Solorzano Tomo 2. Lib. 3. Cap. 17. numer. 23. & ſeqq. pro qua alios adducit, ex quorum generali doctrinâ id ſequitur. Sed in ſpeciali pro Indijs refert Fr. Ioannem Baptiſtam in Animaduerſionibus pro Conſeſſarijs Indorum Parte 2. vbi cum Mag. Veracruz concludit, quòd cum in Capitulo Provinciali Definitorium debeat eligere Guardianos & Priores, qui ſimul his Parochijs fungantur, debent ſemper eligere meliores ſub mortali peccato, vt docet D. Thomas 2. 2. quæſt. 63. artic. 1. & q. 185. & Quodlib. 6. quæſt. 9. quem ſic explicat Sotus de Inſtitu & Iure Lib. 3. quæſt. 6. artic. 2. Caietanus in Summa V. Beneficium, & egregie Nauarrus in Miscellaneo Latino de Oratione num. 43. Sed certe neque Mag. Veracruz, neque Fr. Ioannes Baptiſta de Curatis Indorum locuti: vnde verba illa, Qui ſimul his Parochijs fungantur, de ſuo addidit citatus Auctor, neque ab eis dicta ad electionem pertinent Parochorum, ſed generalior doctrina eſt, ſicut & in 5. ſeqq. Videantur ſol. 261. pag. 2. & 262. Sed quidquid de hoc ſit, probabili prædicta ſententia poteſt ex communis, ſacramentis que receptâ doctrinâ, quæ in Concilio Tridentini grauiffimo Decreto ſeſſione 24. Cap. 18. de Reformat. magnum habet fundamentum: quod ſcilicet ad Beneficia Curata digniores ſunt eligendi: id quod cum in Beneficiis ſecularibus maxime verum habeat, in Regularibus, de quibus agimus, pariter aſſerendum: quia pro illis ſeculares Parochi eligendi erant, & ita digniores: quòd autem tales non eligantur, ex oppoſitione Religioſorum prouenit, vt fateatur citatus Fr. Ioannes Baptiſta ſol. 384. pag. 2. ſic dicens: Quòd autem ſumus cauſa (damnorum inquam ex defectu in miniſterio) patet, quia totis viribus procuramus, ne in noſtros populos Clerici vel Fratres alterius Ordinis intrent, Sacramentaque ibi miniſtrent. Immo ſi ibidem Episcopus, vel Senatus Regalis Clericos præſerem in Curatos, nos valde de hoc conueneremur. Et peto nunc, quis tenetur in dictis populis Indorum aſſignatis miniſtrare Indis Sacramenta, diebus que ſolent Miſſas celebrare? &c. Non Clerici, quia inde amoti ſunt noſtris importunis precibus; non Episcopi, quia abſunt; ergo Fratres ad ſupradicta tenentur. Sic ille.

Digniores proponendos quicquid ſeant.

Forma fundam. ſacramentis.

Fr. Ioannes Baptiſta.

Aſſertio 6. Peccata pro

33 Dico primò. Quando Prælati tres aſſignant, ex quibus Patronus eligat præſentandum